

J. O. G O T T L.  
H E I N E C C I I , J C .

POTENTISSIMO PRUSSORUM REGI  
à Consiliis Sanctioribus, & Professoris  
P. Ord.

E L E M E N T A  
J U R I S N A T U R Æ,  
E T G E N T I U M,

Commoda Auditoribus Methodo  
adornata.

*Editio nova & castigatior.*



V E N E T I I S , M D C C X L V I .

Ex Typographia Ballconiana.

*Superiorum Permissu, ac Privilegiis.*



# CANDIDO LECTORI

S. P. D.

JO. GOTTL. HEINECCIUS.



U<sup>i</sup> adhuc in jurisprudentia ci-  
 vili, cum Romana, tum pa-  
 tria, illustranda non perfun-  
 ctoriam operam collocasse mi-  
 hi videor; jam persuaderi mi-  
 hi passus sum, CANDIDE LE-  
 CTOR, ut etiam JUS NATURÆ ET GENTIUM bre-  
 vi libello complecterer, & enchiridion illud  
 in usum eorum, qui institutione mea utun-  
 tur, typis exscriptum, publicarem. Et rem  
 sui fortassis periculi fecerunt amici, qui me  
 consilio atque auctoritate sua ad concinnan-  
 dum hunc libellum impulerunt. Quod enim  
 ad me attinet, ita jam pridem occallui, ut  
 non magnopere reformidem aliorum de me  
 judicia, sed, sinceræ bene de communibus  
 studiis merendæ voluntatis mihi satis con-  
 sciis, hac ipsa conscientia me facile con-  
 soler. Sive enim opuscula mea in virorum  
 bonorum, & rerum hujusmodi intelligen-  
 tium, manus incidant: non est profecto,  
 \* 2 quod



ELEMENTA  
JURIS NATURÆ,  
ET GENTIUM.

LIBER PRIMUS.

JUS NATURÆ.

CAPUT PRIMUM.

*De Natura & Constitutione Juris Naturæ  
& Gentium.*

§. I.



Uemadmodum omne id homini  
BONUM esse dicimus, quod eum  
conservat ac perficit; MALUM,  
quod eundem destruit deterio-  
remque reddit, (*Elem. phil. mor.*  
§. CXLII.) ita & ACTIO BONA  
erit, quæcumque ad conservationem perfectio-  
nemque hominis prodest; MALA, quæ destruit  
eundem, ac imperfectiorem reddit.

Quid actio  
bona & ma-  
la?

*Hein. de J. Nat. & Gent.* A §. II.